

IUSTI LIPSI
DE
CONSTANTIA
LIBRI DVO,

Qui alloquium præcipuè conti-
nent in publicis malis.

EDITIO SEXTA.



*Lipsius cautè
legendus in his, que
defato ubique dem-
re.*

LVGDVNI,
IN OFFICINA HVG. A' PORTA,
Apud Fratres de Gabiano.

cIo. Io. xcvi.



AD LECTOREM
PRO CONSTANTIA MEA
PRÆSCRIPTIO.

QUOD in iteratâ hac editione, iterum te alloquor, Lector, præter votum meum accidit, etsi non præter opinionem. Iudicia enim ista prævidi antè, imò prædixi. Negant satis piè hoc argumentum à me tractatum: negant locis aliquot satis verè. Parum piè ideò: quia Philosophum egisse tantum videor, inquit, nec insperasse quæ potui & debui è libris sacris. Quæ admonitio valdè mihi grata: velim & illis simplex meum & sine fucò responsum. Nam quòd apertam pietatem antè omnia requirunt? amo: hoc tantum moneo, ut oculo; prius seriò intendant in finem meum inque scopum. Si mihi Theologum agere propositum, aberravi: si Philosophum, cur culpant? Haurimus enim e lacunis, inquit, quæ liceat è purissimo divina in literarum fonte. Huc ne me vocant? At ego ex animo testor & respondeo, non aliam me viam salutis nosse, quàm hanc quæ per vnum illum & directum limitem ducat: ad quem tamen percut-



IUSTI LIPSI
DE CONSTANTIA
LIBER PRIMVS



CAPVT I.

*Profatio & introduçtio. querela item aliqua
de Belgarum turbis.*



ANTE annos aliquot cum Vien-
nam Austria iter haberem, fu-
giens patriæ meæ turbas: desle-
xi, non sine Deo duce, ad * E-
butonum urbem, quæ nec lon-
gè à viâ; & in quâ amici, quos
salutare more suabebat & amore. Inter eos Ca-
rolus Langius, vir (sine fraude aut ambitione di-
cam) optimus doctissimûsque Belgarum. Qui
cum me hospitio excepisset; non omni solum
comitate & beniuolentiâ id temperauit, sed eo
genere sermonum qui vtilis imo salutare mi-
hi in omne æuam. Ille enim fuit ille vir, qui o-
culos mihi aperiret detersâ vulgarij aliquot
opinionum nube: ille, qui viam ostenderet, quâ

* *Leodium*
intellego.
C. Langij A
vera laus.

Humanitas
eius.

Sapientia.

LUGDVNI,
EX TYPOGRAPHIA
Hæredum Petri Roussin.

CIO. 10. XCV.

